



**Institutiones Canonicæ Sive Ius Ecclesiasticvm**

**Wiestner, Jacob**

**Monachii, 1706**

XXXIX. Cùm quid prohibetur, prohibentur omnia, quæ sequuntur ex illo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62649](#)

Demum, licet in eo, quod impugnare nifus est, se vindicare quis nequeat contra eundem, contra quem id impugnavit: contra tertium tamen aliquem ipsi ejus usus Jure non denegatur: cum regulariter inter aliquos acta alii non prajudicent. *e. Quanzia 25. de Sent. & re iudic. & l. Inter 2. c. Quibus res iudicio non nocet, Peckius hic n. s. ad ult.*

*REGVLA XXXIX.*

*Cum quid prohibetur, prohiben-  
tur omnia, quæ sequuntur ex  
illo.*

## SUMMARIUM.

1. Diversa haec est à Regula 84. infra;
  2. Et à Rescripto l. Non dubium s. C.  
de LL.
  3. Ejus sensus declaratus exemplis,
  4. Firmatur ratione,
  5. Et difficultatum objectuarum compla-  
natione.

I. **S**imilis huic primō occurrus videtur Regula, *Cum quid unā viā prohibetur salicet, ad id alia non debet admitti,* quæ est 84. in 6. Sed primō tantum occurrit; quia attentiori mentis oculū estimata affinis quidem, sed diversa omnino appetit; *cum ista aliquo prohibitio unā, per viam seu media alia, per quæ ad prohibitum pervenitur; illā vero & præfenti Regulā sequentia sive, quæ ex prohibito sequuntur, prohibita astiran- tur.*

2. Propius ad præsentem accedit Rescriptum Imp. Theodos. & Valentin. Cæs. I. Non dubium s. C. de LL. quò, cùm patetis & contractibus contra legis prohibitionem initis valorem ademissent, Impp.

hæc verba subjecerunt. Sed et si quid fuerit subiectum ex eo, vel ob id quod interdicente lege factum est, illud quoque casum & iniurie esse precipuum. Ab Imperiali tamen hoc rescripto Regula nostra etiam recedit; quod ista solam actus in honestatem, illud etiam nullitatem ad sequentia trahat.

Sensus ergo Regulae est, *Quando*  
aliquid Jure prohibitum est, prohibita cen-  
sentur omnia, que ex eo, non quomodo  
cunque & merè contingenter ac possibili-  
ter, sed ordinariè & properat quandam con-  
nexione ac dependentiam ab illo necessa-  
riò sequuntur, saltem si illud probendì  
ratio etiam contra bac mislet ac perseve-  
ret. Ita certè, prohibiti elu carnium in  
Quadragesima, eorum ut etiam, qua femen-  
tinam carnis originem trahunt, puta, o-  
vorum, casei, lactis comestio inhibita olim  
can. fn. V. Par autem, disf. 4. & hodie  
quoque intelligitur in provinciis, in qui-  
bus a primæva sacri Jejunii institutione  
& præsea obseruantia non, ut Germanæ  
nostra non optimis moribus, est recessum.  
Sic moechiæ ad omnem illicitum concue-  
bitum, can. Meretrices 32. q. 3. & Con-  
cupiscentia prohibito ad omnem illicitum  
rerum alienarum usurpationem &  
contrectationem, lucrificiendi causâ fa-  
ctam, extenditur can. Pœnale 14. q. 5. &  
l. 1. ff. de Receptat. & ibi DD. Sic etiam  
pater spurium instituere prohibitus ei  
alium, aut ali ipsum substituere nequit,  
l. 1. C. de Natural. lib. Gaill. Lib. 2. Ob-  
servat. 115. n. 4 &, cuius in iudicio per-  
fona reprobatur, non recipitur scriptura,  
can. Fraternitatis 4. de Heret. Sc.

Ratio horum omnium & Regula  
desimitur ex consequentum cum ante-  
cedentibus connexione ac dependentia;  
cum connexorum idem sit iudicium, &  
Translatio 3. de Constitut. & quæ ita ex a-  
liquo sequuntur, ejus sine accessoriis  
Li. iii;

Li i i 3                    quan

qnæ naturam sui principalis sequuntur,  
Regula est 138. ff. § 42. in 6.

**s.** Quæ Regulæ opponuntur, ad duo capita reducuntur. Primum est; quod multa ex prohibito secuta Jure subsistant. Verum quia, ut Lib. 3. tit. 13. n. 24. ostendit, aliud prohibere & aliud irritare est: & multa prohibentur, qua si facta fuerint, roboris obtinent firmitatem, e. Ad Apostolicam 16. de Regulari. neque mirum est, neque Regulæ officit; quod valida aliquando sint, quæ ex Jure prohibitis sequuntur; cum istorum valorem aut nullitatem Regulæ tenor non attingat.

Alterum; quod aliquo prohibito non semper ex eo secuta & accessoria inhibeantur; cùm actio doli accessoriæ & in consequentiā remitti valeat, licet per se & principaliter non possit. Si unus 27. §. 3. ff. de Paetis, & Judge, qui de statu aut in integrū restitutiōnis causis principaliiter in judicium deducētis cognoscere prohibetur, de iis cognoscere valeat, quando in judicium ventiunt accessoriæ & incidenter, l. Quories 3. ff. de Judiciis & l. fin. C. ubi & apud quos &c. Sed etiam hæc Regulam non convellunt; quod huic locus non sit, quando de sequentibus & accessoriis aliud Jure constitutum, & non eadem, qua actus prohibiti, ratio est ex eo lectorum; quod in allatis exemplis non contingit; cùm remissio actionis depositi, quæ actionis doli tacita & accessoria remissio est, ad delinquendum non ita aperte, ut actionis doli expressa remissio invitet: & memoratarum causarum cognitionem, cùm in judicium super alia re inchoatum incident, istius judicii permitendi ratio fuerit; ne divisâ utrūque cognitione lis nimis diu protegeretur, & litigantes, præsertim reus, nimis graventur.

¶ (5) ¶

## REGULÆ XL.

Pluralis locutio Duorum numerò est contenta.

## SUMMARIUM.

1. Regula procedit, cùm Jus non exigit numerum maiorem.
2. Ejus sensus & ratio.
3. Atque ex utroque Jure deponpta exempla.
4. Pluralis locutio aliquando unō duntaxat contenta est:
5. Aliquando duobus plures exiguntur.

**R** Egulam hanc iisdem verbis <sup>1</sup> tradidit Ulpianus, l. libi numerus 12. ff. de Testibus, cuius pr. monet, locum ei duntaxat esse, ubi certus numerus lege alia dispositione non est definitus; cùm, si ad alicuius actus vg. testamenti, mortis causa donationis, contractus nuptialis certus vg. testium numerus Jure prescriptus sit, locutionem de ejusmodi actu pluralem duorum numerò contentam non esse, res sit omnino explorata.

Sensus ergo Regulæ est, Quando legalis alia dispostio uicit nomine aut verbō numeri pluralis, ad eam verificandam, sicut exiguntur, sic sufficiunt duo, nec pluribus est opus: nisi plura exiguntur, aut unum sufficere Jure expressum sit aut aliquende conseruit. Quod postremum addo; quia passim invaluit mos, quod Principes, Prælati & alia quædam personæ singulares pronominibus, Nos, vos, Nostræ, Vester, ex primæva sua significatione pluribus denotantibus, Majestatis vel dignitatis, pluribus & quipollentis explicande vel honeranda gratiâ uti ipsæ, & compellari ab aliis solent, Canilius hic in fine, & Strelin,